**ORDINARIO DELLA S. MESSA DOMENICALE (AD USO DEI FEDELI)**

INGRESSO E ASPERSIONE

*(IN PIEDI)*

*Canto dell'* **ASPERGES ME** *o, da Pasqua a Pentecoste, del* **VIDI AQUAM**, *durante l'aspersione dell'altare e dei fedeli. Quindi Sacerdote e Ministri recitano il salmo* JUDICA ME, *finito il quale si dice (se il coro non canta l'Introito)*

Sac. - Introíbo ad altáre Dei.
**Tutti - Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.**
Sac. - Adjutórium nostrum ✠ in nómine Dómini.
**Tutti - Qui fécit cælum et terram.**
Sac. - Confíteor … Deum nostrum.
Min. - Misereátur tui Omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis perdúcat te ad vitam ætérnam.
Sac. - Amen.
**Tutti - Confíteor Deo Omnipoténti, Beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Micha-éli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis et tibi, pater, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa** *(percuotendosi il petto)*. **Ídeo precor Beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, Sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos et te, pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.**
Sac. - Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris perdúcat vos ad vitam ætérnam.
**Tutti - Amen.**
Sac. - Indulgéntiam, ✠ absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens et mísericors Dóminus.
**Tutti - Amen.**
Sac. - Deus, tu convérsus vivificábis nos.
**Tutti - Et plebs tua lætábitur in te.**
Sac. - Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
**Tutti - Et salutáre tuum da nobis.**
Sac. - Dómine, exáudi oratiónem meam.
**Tutti - Et clamor meus ad te véniat.**
Sac. - Dóminus vobiscum.
**Tutti - Et cum spíritu tuo.**
Sac. - Orémus.

*(SEDUTI)*

*I fedeli cantano le parti sottolineate e in* ***neretto***

KÝRIE, eléison. **<u>Kýrie, eléison.</u>** Kýrie, eléison.
**<u>Christe, eléison.</u>** Christe, eléison. **<u>Christe, eléison.</u>**
Kýrie, eléison. **<u>Kýrie, eléison.</u>** Kýrie, eléison.

*(IN PIEDI)*

GLÓRIA IN EXCÉLSIS DEO

*(si omette in Avvento e dalla Settuagesima a Pasqua esclusa)*

**<u>Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.</u>** Laudámus te.
**<u>Benedícimus te.</u>** Adorámus te.
**<u>Glorificámus te.</u>** Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam.
**<u>Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater Omnípotens.</u>** Dómine, Fili unigénite Jesu Christe.
**<u>Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris.</u>** Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.
**<u>Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatiónem nostram.</u>** Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis.
**<u>Quóniam tu solus Sanctus.</u>** Tu solus Dóminus.
**<u>Tu solus Altíssimus, Jesu Christe.</u>** ✠ Cum Sancto Spíritu in glória Dei Patris.
**<u>Amen.</u>**

Sac. - Dóminus vobíscum.
**Tutti - Et cum spíritu tuo.**
*Il Sacerdote recita l'orazione detta COLLETTA, che così termina:*

Sac. - … per ómnia sǽcula sæculórum.
**Tutti - Amen.**

*(SEDUTI)*

*Segue la lettura dell'EPISTOLA, il canto da parte del coro di GRADUALE e ALLELUIA (o TRATTO), e la lettura del VANGELO (che si ascolta in piedi).*
*Quindi, dopo la predica, il Sacerdote intona il CREDO, cui si risponde a cori alterni tra il coro e il popolo (quest'ultimo nelle parti sottolineate e in* ***neretto****).*

*(IN PIEDI)*

CREDO IN UNUM DEUM
Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium, et invisibílium.
**Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum.**
Et ex Patre natum ante ómnia sǽcula.
**Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero.**
Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt.
**Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descéndit de cælis.**

*(IN GINOCCHIO)*

Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine: et homo factus est.

*(IN PIEDI)*

**Crucifíxus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est.**
Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras.
**Et ascéndit in cælum: sedet ad déxteram Patris.**
Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos: cuius regni non erit finis.
**Et in Spíritum Sanctum, Dóminum, et vivificántem: qui ex Patre, Filióque procédit.**
Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas.
**Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiam.**
Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum.
**Et expécto resurrectiónem mortuórum.**
✠ Et vitam ventúri sǽculi.
**Amen.**

OFFERTORIO

Sac. - Dóminus vobíscum.
**Tutti - Et cum spíritu tuo.**
Sac. - Orémus.

*(SEDUTI)*

*Seguono le preghiere di Offertorio, dette a bassa voce, che si concludono con*
Sac. - … per omnia sæcula sæculórum.
**Tutti - Amen.**

PREFAZIO

*(IN PIEDI)*

Sac. - Dóminus vobíscum.
**Tutti - Et cum spíritu tuo.**
Sac. - Sursum corda.
**Tutti - Habémus ad Dóminum.**
Sac. - Grátias agámus Dómino Deo nostro.
**Tutti - Dignum et justum est.**
Sac. - VERE DIGNUM et justum est…. una voce dicéntes:

**SANCTUS, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.**
**Pleni sunt cǽli et terra glória tua. Hosánna in excélsis.**
✠ **Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.**

CONSACRAZIONE

*(IN GINOCCHIO)*

*Dopo la Consacrazione e l'ostensione, il Sacerdote così termina:*
Sac. - … per ómnia sǽcula sæculórum.

**Tutti - Amen.**

CANTO DEL *PATER NOSTER*

*(IN PIEDI)*

Sac. - Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere:
PATER NOSTER, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tempntaptiónem.

**Tutti - Sed líbera nos a malo.**

Sac. - … per ómnia sǽcula sæculórum.

**Tutti - Amen.**

Sac. - Pax Dómini sit semper vobíscum.

**Tutti - Et cum spíritu tuo.**

<u>**AGNUS DEI, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.**</u>
<u>**Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.**</u>
<u>**Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.**</u>

COMUNIONE

*(IN GINOCCHIO)*

Sac. - Ecce Agnus Dei: ecce qui tollit peccáta mundi.

**Tutti -** (*percuotendosi il petto)* **Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanábitur ánima mea.** *(si ripete tre volte)*

*Chi vuole ed è in stato di grazia agli occhi di Dio, si accosta alla S. Comunione che, secondo la pia tradizione, si riceve inginocchiati e sulla lingua.*

*(IN PIEDI)*

Sac. - Dóminus vobíscum.

**Tutti - Et cum spíritu tuo.**

Sac. - Orémus.

*Il Sacerdote recita l'orazione detta POSTCOMMUNIO e così termina:*

Sac. - … per ómnia sǽcula sæculórum.

**Tutti - Amen.**

Sac. - Dóminus vobíscum.

**Tutti - Et cum spíritu tuo.**

Sac. - Ite, missa est.

**Tutti - Deo grátias.**

Sac. - Benedícat vos Omnípotens Deus: ✠ Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.

**Tutti - Amen.**

*Durante la lettura dell'Ultimo Vangelo, coro e popolo cantano una delle seguenti Antifone alla Madonna:*

| | |
|---|---|
| ALMA REDEMPTORIS MATER | *(dall'Avvento fino al 2 febbraio)* |
| AVE REGINA CÆLORUM | *(dal 3 febbraio fino al mercoledì santo)* |
| REGINA CÆLI | *(da Pasqua all'Ottava di Pentecoste)* |
| SALVE REGINA | *(dopo Pentecoste fino alll'Avvento)* |